D. IOANNI SVERTFEGER, IVRISCONSVLTO PHILIPPVS MELANCHTHON .S.

Rhetorica, citra dialecticorum vsum, nõ cõmode tractãtur.

Cognatio Cyclicarũ disciplinarũ.

Cognatio rhetoricæ & Dialecticæ

Magna, pfessorũ pars, dialecticæ vsum ignorat.

Scholarũ inutiles cõmentarij Scholis non tãtum sermonis elegãtia deest, sed & ratio studia recte tractandi.

ANNO superiore rhetoricas quasdam institutiones effudimus verius, quã scripsimꝰ, quibus, vt argumenti ratio postulabat, perpauca de dialecticæ orationis, siue ordine, siue compositione adiunximus. Neqꝫ em̃ rhetorica citra dialecticorum vsum, cõmode tractari, absoluiqꝫ possunt. Non tam, qꝫ oẽs inter se cognatæ sunt Cyclicæ disciplinæ, quam, qꝫ illis proprie cum ratione dialectica sic cõuenit, vt nihil certi, nihil firmi rhetores tradituri sint, si tollas e medio dialectica. Hæc vt copiosius tractarẽ, studiosi quidam a me, cõtenderũt, qꝫ eo sint loco nostris temporibus, vt & magna professorum pars artis vsum ignoret. Suffuratus igitur horas aliquot Studijs meis, differendi rationem descripsi, idqꝫ quam potui, breuissime, Primũ, quod res ipsa, per sese paucis tractari, & queat, & debeat. Deinde, qꝫ videam immensis nostrorum hominũ cõmentarijs factum, vt dum plęraqꝫ tenuiora argute magis, quam apte persequuntur, vim omnẽ vsumqꝫ dialectices, amiserint. Nec in hoc comparatã differendi artẽ, vt esset regula quæ dã disputandi de cõmunibus caussis, sed vt esset, quod in vmbra ipsi inter sese nugarentur. Porro, hæc vna nobis cura fuit, vt indicaremus, quis rei maximopere necessariæ in literis tractãdis, vsus sit, Neqꝫ tam hoc egimus, vt elegantius quiddã, vulgo scholarũ, quã vt rectiora traderemus, Falli em̃, quibus persuasum est, nihil deesse scholis p̃ter sermonis elegantiam, res ipsa palam arguit. Hoc quidquid est operis, nomini tuo nuncupamus mi Iohannes, quos suauitate morũ, ingenijsqꝫ dexteritate, mirifice tibi deuinxisti. Vale, Vuittenbergæ, Mense Martio, Anno, M, D, XX,